



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola XI. Illvstri Et Reverendo D[omi]no Georgio Friderico à
Greiffenclaw, Metropol[itan]æ Eccl[esi]æ Mog[unti]æ Præposito, &c. Ivstvs
Baronivs Veteracastrensis S. P. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

EPISTOLA XI.

ILLVSTRI ET REVERENDO
D^{no} Georgio Friderico à Greiffenclaw,
Metropol^e Eccl^a Mog^a Præ-
posito, &c.

IVSTVS BARONIVS VETE
racastrensis S.P.D.

ACCEPⁱ munus tuum, liberale herc^{lē}
& magnificum, meaque prope perso-
na sublimius. Sed vobis scilicet magnis vi-
a Plutarch.
in Apoph. ris præ oculis *Magnus* ille *Alexander*, ^a qui
amicorum cuidam *Perilla* dotem filiabus
petenti, L. talenta obtulit. Cumque is suffi-
cere X. diceret, *Tibi* inquit, accipere tantum
satis est, mihi dare non item. Perinde atq; al-
b Senec.lib.
de benefio. teri ^b ciuitatem donans, cum is non con-
uenire humili fortunæ suæ ciuitatem re-
sponderet: non quero inquit, quid oporteat
te accipere, sed quid deceat me dare. Multo re-
ctius equidem & regia magnificentia sua
c Seneca l.
bidem. dignius, quam ^c *Antigonus* ille, à quo cum
Cynicus peteret talentum, respondit, plus esse
quam *Cynicum* deceret petere: iterum repul-
sus cum peteret denarium, respondit minus es-
se, quam quod regem deceret dare; turpissima
(inquit Seneca) cāuillatione, qua innenit
quomodo neutrū dare. In talento *Cynicum*,
in denario regem respexit. Cum posset & dena-
rium

rium Cynico dare, & talentum tanquam rex.
 Sed ad te redeo *Illistris & Reu^{de} D^{ne}*, cuius
 tanto clarius erga me liberalitas emicuit,
 quanto minus à me vel verbis rogata, vel
 meritis prouocata est. Sponte inibi referasti
 fontem benignitatis tuæ, quem citra que-
 relam clausum retinere potuisses. Ego igi-
 tur quia natura, lege, & ratione perspe-
 ctem teneo, ^d nil magis iustitiae conuenire, ^{d Senec. E-}
 quam suum cuiq^z reddere, meritis laudem, be- ^{pis 28. ad}
 neficio gratiam: ^e quæ una virtus non solum ^{Lucil.}
 maxima, sed etiam mater omnium virtutum ^{e Cie. pro} *Cn. Planc.*
 reliquarum est: equidem nihil est quod ma-
 lim, quam huic munificentia tuæ paribus
 vel factorum vel verborum momentis re-
 spondere. At de factis quid? despondi ani-
 mum. Ecquid enim est quod reponam? Au-
 rum? Non habeo. Vniones cælataue aut pi-
 eta opera? non possideo. Operas utiles? Nō
 valeo. Magnifica studiorum emblemata?
 non audeo. Hæc enim incerta, illa vi-
 ribus superiora. At de verbis, id est, agendis
 habendisue gratijs, nunquam committam,
 meum à te iure officium desiderari possit.
 Hæredit fixa menti memoria, ebuccinabit
 laudem lingua, clamabit ad superos oratio,
 quæq^z me destituunt referendi vires, cæle-
 sti munere decuplo sarcientur. Vale. Mog.
 Calend. Nouemb. M. DCIV.

LIBRI QUINTI EPISTOLA-
RVM FINIS.

AA 4 IVSTA